Drohobiensis etc. Capitaneus quia ipse per Nobilem Gregorium Mal-
sky factorem suum bosnyczeum non admisit nec admittere vult
Cmethonibus et subditis de villa Walawa praefati Antonii Wladica
praemisliensis in fundo et hereditate ad villam Walawa pertinentibus fru-
menta iam maturata diversi generis ex eodem fundo et hereditate
percipere et colligere quae ita et non aliter fieri ipse ut ipsis recogno-
vit et nobilis praefatus relatus ipsius ut ipsis attestatus est

Vulnera Copistensky con alium

Nobilis Lazar Copistenski coram officio et actis praesentibus ca-
stri praemisliensis ostendit et manifestavit vulnus lunde in sca-
pula sinistra item vulnus cruentum exiguum circa digitum pol-
licem manus sinistre item duo vulnera cruenta exigua in
manu dextra superius palmam pro quibus inculpavit Nobilem
Iwan Copistenski dictum Serilo et circa inflictionem vulnerum
recepit sibi quinquaginta florenos pecunie, ultra equum coloris
[illegible] valoris viginti talerorum tres ulnas panni albi mo-
rovien gladium valoris duorum florenorum et grossorum sex cultrum
valoris unius floreni et trium grossorum ac duos pileos in-
gros valoris grossorum quindecim que vulnera officium vidit et
suscepit

Vulnera Iwan Copistensky con eundem

Nobilis Iwan Copistenski Costowycz coram officio et actis pre-
sentibus castri praemisliensis ostendit et manifestavit vulnus
fixum in ventre sub umbilico pro quo inculpavit Nobilem
Iwan Copistenski dictum Serilo quod vulnus officium vidit et
suscepit

Mtis intromisit Mathia Sartore in area deser-
tam penes Wargoczky sitt

Ministerialis terrestris praemisliensis providus Mathias Przilap-
ka de praemislia unacum nobilibus Joanne Bylsky et Jaczko
Odrechowsky secum comparens coram officio actisque praesentibus
castri praemisliensis stantes personaliter in vim relationis sui pu-
blice palam et per expressum recognovit quia die hodierna
hoc est feria tertia post festum Sancte Margarethe virginis
proxima Honestum Mathiam Sartorem de Zaliessie civem praemisliensem
realiter ac in effectu intromisit in area deserta in civitate
praemisliensi penes famatum Martinum Wargoczky in platea aqua-
ria existentem ad viginti quinque ulnas longitudinis se extendentem
vigore litterarum privilegii seu donationis sacre regie ut ipse
legitime per sacram ut regiam inscriptum ut nunc dicta ut ipsis
denegatum et impugnatum de quo idem ut ipsis eam expressum relatum
ad acta praesentia fecit nobilibus praefatis sua personali recognitione
palam attestatum super quod ut ipse positum est

Mandatum sacre regie ut ipsis ex parte Thurzan-
skich ad pallatinum podolie

Actum in castro praemisliensi feria quinta post festum Sancte Mar-
garethe virginis proxima anno domini 1566 sexto

18/VII.

Oblate sunt litterae mandati sacre regie ut ipsis sub titulo et sigillo eiusdem
obsignatae ex parte Thurzanskich ad officium et acta praesentia castri
praemisliensis ad magnificum Joannem Starzechowsky de Starzechowice
pallatinum podoliae Sambonensem Drohobiensem etc. capitaneum quas litteras pe-
cerunt ad acta praesentia castri praemisliensis inscribi et actitari quod
officium admisit quarum litterarum tenor sequitur et est talis

Sigismundus Augustus dei gratia rex Poloniae magnus dux Ly-
thuaniae Russiae Prussiae Mazovie Samogitiae etc. dux heres

Magnifico Joanni a Starzechowice pallatino podoliae Sambonensi Dro-
hobiensi nostro capitaneo sincere nobis dilecto gratiam nostram regiam in al-
sentia eius vicecapitaneo Sambonensi magnifice sincere nobis dilecte quae
si sunt coram nobis nobiles Ignatius et Andreas Thurzenski suo et
aliorum omnium ville Thopolnycza coheredum et participum quod sibi
certam partem fundi seu praetorum Liszycza dictorum ad eandem hereditatem
ipsorum Thopolnycza ex antiquo pertinentem quam modo commu-
tationis pro bonis Kryniczky et Sorie in Zuppanye illis dederamus
admittere et bonis nostris capitalibus Sambonensibus adiungere non nun-
quam ipsorum domino et praeiudicio cum itaque nos eam commutationem
ratam habemus ex relatione quoque reniscorum nostrorum Russiae
qui diligenti scrutinio id se investigasse affirmant cognovissemus
quod dicta portio fundi seu praetorum Liszycza incorporatum ad
eandem villam Thopolnycza antiquitus pertinebat quod ea commutatione
pro bonis nostris sit nobis satisfactum volentes insuper ut unus quisque
iure suo gaudeat et proprio poniatur sibi tenore mandamus ut postquam
praesentes requisita fuerint dictis nobilibus Thurzanskiis ville
eiusdem Thopolnycza iuxta privilegium ipsis a nobis desuper
datum heredibus memoratam portionem fundi seu praetorum Liszycza
dictorum modo praemisso adempta vicinorum restituat utique se am-
plius nostro nomine in eandem ingerat sed illa tanquam propria ipsos
libere ut permittat prorsusque iuxta contenta privilegii in
omnibus eosdem conservet confirmatique ab aliis quorum interest
curet factura sua pro officii sui debito et gratia nostra datae
Lublini xiiii die mensis Julii anno domini MDLXVI regni
vero nostri XXXVI ad mandatum sacre regie ut ipsis proprium

Posit citto ex parte Popielow con Glowa

Ministerialis terrestris praemisliensis providus Iwaschko de Grabo-
wnycza unacum nobili Paulo Brzozowsky secum comparens
coram officio et actis praesentibus castri praemisliensis stans personaliter